



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. cxxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Quid agendum sit in causis, de quibus certa in canonibus inveniuntur iudicia. Cap. CXXVIII.

DE causis de quibus nulla soluendi, ligandiq; auctoritas in libris veteris testamenti, quatuor Euangeliorum, cum scriptis totis apostolorum nō appareat, ad diuina recurrito scripta Græcè. Si nec in illis, ad catholica Ecclesiæ historias catholicas, à doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis, canones apostolicæ sedis intueri. Si nec in his, sanctorum exempla' perspicaciter recordare. Quòd si in his omnibus inspectis huius questionis qualitas non lucidè inuestigatur, seniores prouinciae congrega, & eos interroga. Facilius' nanq; inuenitur, quod à pluribus sentientibus quæritur. Verus, enim repromissor dominus ait, Si duo ex vobis, vel tres conueniāt, super terram in nomine meo, de omni re quancūque petierint, fiet illis à patre' meo.

Ex decr. Innocērij papa, ca. 18.

Vt cuncta quæ Deo offeruntur, consecrata habeantur. Cap. CXXIX.

OMNIA quæ Deo offeruntur, consecrata habentur, in vineis, terris, syluis, utensilibus, vestimentis, pecoribus, & reliquis possessionibus, & quæ Ecclesiis sine dubio Christo, qui sponsus earum est, offeruntur.

Ex cōcil. Aurelia. cap. 7.

De eadem re. Cap. CXXX.

OMNES decimæ terræ, siue, de frugibus, siue de pomis arborum domini sunt, & illi sanctificantur. Boues, & oves, & capræ, quæ sub pastoris virga trāseunt, quicquid decimum, venerit, sanctificabitur domino. Non eligeur nec bonum, nec malum, nec altero cōmutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutat, & quod mutatum est, sanctificabitur domino, & nō redimetur. Sed quia modò multi inueniuntur decimas dare nolentes, statuimus vt secundum domini nostri præceptum admoneantur semel, & secundo & tertio. Si non emendauerint, anathematis vinculo constringantur vsque ad satisfactionem, & ad emendationem congruam.

Ex cōcil. Rotoma. cap. 3.

Vt decima nullo modo negligatur. Cap. CXXXI. *Ex cōcil. Mogūri.*

Admonemus atque præcipimus, vt decimas Deo omnino dare non negligatur, quas Deus ipse sibi dari

cap. 3.